

Et Elephas mons 78 :5 30
 Iuxta uero paludes & montes, qui Py-
 lei dicuntur 65: Aequino.
 Et Mastie mons 68: Austral. 5
 Appellatur autē uniuersaliter totū lit-
 tus, quod est iuxta Arabicum & Aua-
 litem sinum Regio Troglodytica usq;
 montem Elephantem, in qua & Adu-
 lira, & Aualite. Troglodite dicuntur quod
 in subterraneis cauernis ob nimios calores agunt.
*an o 77, wylas 77 oded' un'ewat, Dionysius &
 Homerus Erembos uocat, Diodorus Volgios uul-*
go appellari tradit. Plinio regio Michoe est nun-
cupata. Humana uoce ferē carent, ut stridere po-
*tius quam loqui uideantur, alunturq; serpenti-
 us.*
 Iuxta eiusdem nominis Sinus, & Mo-
 syli supra eiusdem nominis promonto-
 rium & Emporium. Quae autem hinc
 est usq; ad Rapti promontorij mariti-
 ma tota uocatur Barbaria. Quae uero
 interior est, Azania, in qua plurimi
 sunt elephantes. Partem autem regio-
 nis ab orientali parte fluuij post Bazi-
 um promontorium, quod gradus ha-
 bet 65 :25 30
 Tenent Colobi. Post quod uersus me-
 ridiem Tabieni. Post Syrtibes. Post
 quos Apiri. Postea Babyllini, & Rizo-
 phagi. Post quos Auxumite, quorum
 situs 65 :11 0
 Et Soboride. Postea Molibe, & Mega-
 bardi, & Nuba, qui maxime occiden-
 tales sunt Aualitarum. Megabari Strabo-
 ni, Adiabaras nominatos ait Plinius. Postea
 sub Molibis Blemyes. Sub quibus Di-
 dace. Et inter Astapodem amnem &
 Garbatum montem Pechini. Quibus
 occidētales sunt Struthophagi Ae-
 thiofes. Australiores autem monte
 sunt Catadre, & Myrrhifera regio, per-
 tingens usque ad Coloem paludem.
 Post quam Mastia usque ad Nili pa-
 ludes.
 Regionem autem, quae ab occasu est
 huius partis Nili fluuij tenent post ma-
 gnā Cataractam, qui triginta Schoe-
 num incolunt, inter montes Aethio-
 pum & Nilum amnem. Post quos si-
 militer uersus austrum Euonymite.
 Post media Aethiopia, & Sebride.

Comprehendit autem genera haec, &
 Meroen insulam. Post quae subiacent
 Gapachi. Sub quibus Proemphanes.
 Sub quibus Duppi. Post quos Ele-
 phantophagi Aethiopes. Sub quibus
 Pefendare. Et supra paludes regio est
 Cinnamifera. Inter Nilum autem &
 Astapodem fluuium ad Meroen intus
 Memnones. Et qui australiores sunt
 Apei. Reliqua regionis, quae occiden-
 taliora sunt Aethiopum montibus, te-
 nent post harenosam & aridam regio-
 nem, qui iuxta Phazacam, & Bacali-
 tem. Postea Scynite & Trallite. Post
 quos Daradorum est genus. Postea
 Orypei uenatores. Post quos Nygbe-
 nite Aethiopes. Insulae autem iuxta
 Aethiopiam, quae sub Aegypto est, haec
 sunt. In Arabico quidem sinu,

Astarte insula 66 :22 20
 Ara Palladis insula 66 10:21 30
 Gypsitis insula *Cytis Plinio, topasij ferax.*
 67 :19 40

Gomadeorum insulae due
 67 30:19 0

Myronis insula *Mareu Plinio.*
 67 :18 0

Cathatre quae etiam Chelonitides di-
 cuntur, insulae due 68 :17 30
 Thriftides insulae due

67 30:17 30
 Magorum insula 68 15:16 0

Daphnine insula *Daphnidis Plinio.*
 68 30:15 20

Acanthine insula 68 30:15 0
 Macaria uel Fortunata insula
 68 30:14 0

Orneon uel auium insula
 69 :14 0

Banchi & Antibacchi *Bacchias & Antia-
 bacchias Plinio.* 69 30:13 15

Panis insula 68 20:12 0

Diodori insula 70 :12 30

Isidis insula 70 :11 30

Isidis portu facit Plinius, Strabo Isidis templum.

In sinu autem Aualite

Mondi insula 77 :8 30

Post aromata uero insulae haec

Amici insula 85 :4
 G 4 Menan